Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26012
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ix 58

intellectu. que indocti et instabi
les depravant. Miratur itaque in apo
stolis omnibus paulus innocenciam. mi
ratur apostolorum primus in paulo sapien
ciam. Aliis ergo se tangunt. quia inde se
vicissim ad profectum excitant. unde
volant. Hoc itaque omnipotens deus agit
in cordibus hominum. quod facit in re
gionibus terrarum. Poterat namque uni
cuilibet regioni fructus omnes tribu
ere. sed si una quelibet regio alterius
regionis fructibus non indigeret. com
munionem cum altera non habuisset.
ut Unde fit ut huic vini. alii vero olei ha
bundanciam tribuat. Hanc multi
tudine pecudum. illam vero ubertate ha
bundare faciat frugum. ut cum illa
defert quod ista non habet. et ista red
dit quod illa non detulit. per communio
nem gracie sibi simul eciam divise terre
coniuncte sint. Sic ergo regiones ter
rarum. ita sunt mentes sanctorum. dum vicissim
sibi conferunt quod acceperunt. quasi fructus suos
regiones regionibus impendunt. ut
in una omnes caritate iungantur. Sed
inter hec sciendum est. quia sicut elec
ti quique hoc semper in aliis attendunt.
quod ad se melius acceperunt quam
ipsi. ut eos sibi in cogitacione pre
ferant. seque illis in humilitate
substernant. ita reproborum mentes numquam
considerant quod alter boni amplius
quam ipsa. sed quod boni ipsa amplius

quam alter habeat. seque enim pensant
que bona specialiter acceperunt et ipsis de
sunt. sed que bona ipsis et que mala ad
sunt aliis. Taliter deus omnipotens ad hoc vir
tutes singulis dividat. ut alter alteri
alter in cogitacione humiliter. ad
hoc reprobi pertrahunt bonum quod acce
perunt. ut ex eo in elacionem perducan
tur. dum semper considerant bona que
ipsi habent et alii non habent. et numquam
perpendere student quanta bona alii ha
bent. et ipsi non habent. Quod ergo divi
na pietas in augmento disponit
humilitatis. hoc mentes reproborum in
in argumento vertunt elacionis. et ex
diversitate munerum a bono defici
unt. unde crescere in humilitatis
bono debuerunt. Propter hoc fratres karissimi
necesse est. ut in vobis hoc semper debea
tis aspicere quod minus habetis. in proximis
vero. hoc quod vobis amplius acceperunt.
Quatinus dum super vos met ipsos eos
pro bono quod ipsi habent et vos non ha
betis aspicitis. ad hoc quoque obti
nendum vos eciam ex humilitate ac
scatis. Sic enim et vos in illis accep
ta bona perpenditis et illi in vobis
considerant dona que habetis. vicis
sim vos aliis tangitis. ut erecti
semper ad celestia evoletis. Se
quitur. Et vocem rotarum sequencium
animalia. et vocem commocionis ma
gne. In totis sacri eloquii testamentis